

suum gestans eum candela
 et agno super altare ^{illum} ~~exhibu-~~
 lis. Quod statim ad domum
 suam rediens eandem tunicam
 et pallium alicui mulieri pau-
 percale frabere consuevit.
 Attendant huius matrone que mul-
 tum prompte in vestibus pre-
 ciosis huiusmodi processiones
 faciunt humilitatem dei geni-
 tricis non imitantes quam Eliza-
 betha beatissima et clivitis regis
 filia secuta est. Similem humi-
 litatem in rogationibus serva-
 re soluit in laicis et peditibus
 nudis processionem sequens et
 in predicationibus facionibus
 semper inter mulieres pauperi-
 mas se locans. At huius enim vi-
 vente marito ipso cum an-
 tis suis lanam filabat telam
 ex eo fieri faciens ad vestimenta
 fratrum minorum et reliquo-
 rum pauperum nec non et eam
 thecumenorum egentium quorum
 vestes propriis manibus ipso
 consuebat. Quos etiam ipso
 baptizari fecit et de sacro
 fonte suscepit ut occasione
 commaternitatis eis liberius
 benefacere posset. Que etiam
 ad mortuorum pauperum repal-
 suras vestes suis manibus facie-
 bat corpora illorum tractans
 et tangens ^{atque} ~~et~~ respiciens. Quorum
 exequiis velum lineum candi-
 dum et magnum deputavit in